



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1. Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam præter diuinam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

Ad hoc dicitur, quod proculdubio Antichristus non est caput demonum malorum, sed hominum tantum, quia nec ordine, nec virtute, nec perfectione illos excedit in malitia, cum sit futurus purus uiciorum, ac per hoc non habiturus ita malam uoluntatem, sicut habent demones, qui in quolibet opere suo uincuntur, adeo quod etiam naturalibus actibus apponunt circumstantias malas. Antichristum autem nihil prohibet operaturum aliquid de genere boni, siue sine maiori operis circumstantia, pura quia honorabit parentes, & huiusmodi. Vnde & Angelum custodem habebit, persuasurum quandoque, ut ab aliquo desistat malo. De diabolo autem aliud est dicendum absolute, & aliud infra expositionem presentis literae, nam absolute uerum est, quod Lucifer est caput omnium malorum, tam demonum, quam hominum, quod facile deduci potest utendo ratione septimi articuli. Secundum praesentem autem litteram diabolus dicitur caput omnium malorum hominum, ita quod tam in 7. qua in 8. art. non est sermo nisi de malis hominibus. Et ly diabolus, non sumitur pro aliquo uno diabolo solo, sed pro toto ordine diabolico, uel melius pro Lucifero, ut continet totum ordinem diabolicum, ita quod sensus est, quod diabolus, hoc est Lucifer cum suis, uel ordo diabolicus, est caput omnium malorum hominum. Et huic sensui attestantur tentationes hominum, quae non ab aliquo uno diabolo sunt. Vnde patet responsio ad duas primas obiectiones.

Ad tertiam autem dicitur, quod in Antichristo ponitur plentudo malitiae non simpliciter, nec Lucifer, sed inter homines, ea ratione, quia in eo est diabolus, hoc est diabolicus ordo, secundum plenum effectum malitiae. In responsionibus ad primum, & secundum simul, dubium occurrit, quia in responsione ad primum dicitur, diabolus & Antichristum non esse duo capita, sed unum caput; in responsione autem ad secundum, dicitur, Antichristum esse membrum diaboli. Haec non sibi inuicem aduersantur, quia si Antichristus est membrum diaboli, oportet diabolus esse caput Antichristi, ac per hoc Antichristus est caput subordinatum altiori capiti, scilicet diabolo, & sic Antichristus & diabolus sunt duo capita.

Ad hoc dicitur quod diabolus potest dupliciter considerari, scilicet secundum se, uel ut est in Antichristo. Si secundum se, sic Antichristus & diabolus sunt duo capita, quorum unum subordinatur alii, scilicet Antichristus diabolo, & hoc dicitur responsio ad secundum. Si autem consideretur diabolus, ut est in Antichristo, sic ambo sunt unum caput, & sic uerificatur responsio ad primum. Vel, & melius respondetur, quod diabolus & Antichristus dupliciter considerari possunt, primo in ordine ad multitudinem malorum hominum (de quibus est sermo) & sic ambo sunt caput unum corporis unius. Et hoc directe intendit

responsio ad primum, dum duo capita unius, & eiusdem omnino corporis mystici excludit. Secundo considerantur inter se, & sic Antichristus respectu diaboli est membrum, diabolus autem caput eius, sicut Deus caput Christi. Cum quo ita, quod respectu multitudinis malorum hominum Antichristus est caput, & sic Antichristus est caput subordinatum altiori capiti, qui diabolus est. Et hoc dicitur responsio ad secundum.

QVAESTIO IX.

De scientia Christi in communi, in quatuor articulos diuisa.

DE INDE considerandum est de scientia Christi. Circa quam duo consideranda sunt. Primo, quae scientiam Christum habuerit, secundo de unaquaque scientiarum ipsius.

CIRCA primum quaeruntur quatuor.

- ¶ Primo, Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam praeter diuinam.
- ¶ Secundo, Vtrum habuerit scientiam, quam habent beati, uel comprehensores.
- ¶ Tertio, Vtrum habuerit scientiam inditam uel infusam.
- ¶ Quarto, Vtrum habuerit aliquam scientiam acquisitam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam praeter diuinam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod in Christo non fuerit aliqua scientia praeter diuinam. Ad hoc enim necessaria est scientia, ut per eam aliqua cognoscantur, sed Christus per scientiam diuinam cognoscebat omnia superfluum igitur fuisset quod in eo esset alia scientia.

D 2. Prat. Lux minor per maiorem offuscatur: sed omnis scientia creata comparatur ad scientiam Dei

Circa primum igitur habes in tertio sent. Ioannis Capreoli distinctione uigesimaquarta quaestione prima, argumenta multa Ioannis de Ripa & aliorum, quae quoniam procedunt ex extraneis aut immiscent illa (puta quod uisio sit species) aut differentiam inter matutinam & uespertinam cognitionem, aut cognitionem creaturarum in uerbo, aut differentiam inter cognitionem enigmaticam & facilem, aut intuitiuam, aut etiam magis extraneam, aut illa, quae in littera hac soluuntur, & scientia detradit ex propriis, non ex extraneis, refecareque debent superflua, ideo omittenda censui, allatis tantum duobus motiuis. Primum est Deus respectu beatorum se habet ut species intelligibilis. ergo multo magis potest se habere ut intellectio. Antecedens patet: Et consequentia probat, quia magis repugnat Deo ratio habitus seu habitualis formae, quam actus seu formae actualis: sed ipse habet rationem habitus, seu habitus ualis formae, intelligere autem habet rationem actus, ergo. Secundum est ex auctoritate Aug. 4. de Trinitate. cult. dicentis de uisione beata duo. primo; quod illa Deus est bonus & beatus, secundo, quod ipsa sola est summum bonum cuius ad discipendi gratia praecipitur agere quicquid ratione agimus. Ex his enim patet, quod uisio beatorum est quid increatum, alioquin Deus esset bonus & beatus aliquo creato, & aliquid creatum esset summum bonum & finis ultimus &c.

Circa secundum autem occurrit statim obiectio, quod alicuius naturae, licet inferat intellectionem diuinam, non possit esse naturalem. Tertia S. Thomae.

Super quaestione non articulum primum.

Tulius clarus est.

In corpore tria sunt. Primo respectu integritatis naturae, assumptae pro radice conclusionis. Secundo respondetur quaesito unica affirmatiua conclusione (scilicet oportet in Christo esse scientiam creatam) trib. rationibus super dicto fundamento fabricatis, probando illam.

Tertio confirmatur conclusio auctoritate sacro Concilii, recitandi illius rationem. Omnia clara sunt in littera.

In responsione ad primum eiusdem articuli, dubia duo occurrunt circa illud, unde hic actus non potuit esse animae humanae Christi, cum sit alterius naturae. Primum quidem circa id, quod dicitur de impossibilitate actus intelligendi diuini, quod sit actus intelligendi animae Christi, nam multum re putant hoc esse possibile. Secundum circa dicti rationem scilicet cum sit alterius naturae, quoniam non apparet quantum ualeat.

3. di. 14. r. 1. q. 1. & u. q. 20. ar. 3. & o. p. 3. c. 223.

Est glia gor. in Mar. in pua

Art. 1. quae

cap. 3. inter opera Aug. 103.

Art. 1. huius quae

Et. et. ibid.

animę humanę, non tamen infert non posse communicari ani-
mę humanę. Magna enim differentia est inter conuenire ut na-
turale, & conuenire ut communicatum: proprietatis liquidem i-
gnis non conuenit rei ignitę, ut naturalis illi rei, puta ferro, sed
ut communicata ferro. Et ad diuina ascendendo personalitas

in creatam, sicut lux minor ad
maiores. ergo in Christo non
refulgit alia scientia, quam diui-
na.

¶ 3 Pręterea. Vnio humanę na-
turę ad diuinam, facta est in per-
sona, ut ex supradictis patet. Ponitur autem in Christo secundum
quosdam quędam scientia unio
nis, per quam scilicet Christus ea
quę ad mysterium incarnationis
pertinent, plenius sciuit, quam
aliquis alius. Cum ergo unio
personalis contineat duas natu-
ras, uidetur quod in Christo non
sint duę scientię, sed una scien-
tia pertinens ad utramque natu-
ram.

SED CONTRA est, quod Am-
brosius dicit in libro de Incarna-
tione, * Deus in carne perfectio-
nem naturę assumpsit humanę.
suscepit sensum hominis, non
sensem carnis inflatum: sed ad
sensem hominis pertinet scien-
tia creata. ergo in Christo fuit
scientia creata.

RESPONDEO. Dicendum,
quod sicut ex supradictis patet, ¶
filius Dei humanam naturam in-
tegram assumpsit, id est, non
solum corpus, sed etiam animę,
non solum sensitiuam, sed etiam
rationalem. Et ideo oportuit,
quod haberet scientiam creatam
propter tria. Primo quidem pro-
pter animę perfectionem. Ani-
ma enim secundum se conside-
rata est in potentia ad intelligibi-
lia cognoscenda: est enim sicut ta-
bula, in qua nihil est scriptum: &
tamen possibile est in ea scribi per
intellectum possibilem, in quo
est omnia fieri, ut dicitur in tercio
de Anima. Quod autem est in potē-
tia, est imperfectum, nisi reducat
ad actum. Non autem fuit con-

posita. Quia tamen multi ignorantēs propriam uocē, non sunt
capaces dicte rationis, offerit se secunda uia, ex hoc quod operatio
est actus operantis secundum esse naturale. Hęc propositio habet
duas partes, prima est, quod operatio est actus operantis. Et quod
ad istam partē sobrie intellecta, hoc est proportionaliter de opera-

ratione trāsente &
immanente, per se
nota est, nam opera-
tio trāsiens est actus
agētis, ut a quo saltē
operatio autē imma-
nens est actus opera-
ntis, ut cuius saltē.
Secunda uero pars
est, ly secundum esse
naturale, quę etiā est
per se nota inducen-
do nā generare est a
generante secundum
esse naturale, & sentire
est in sentiente
secundum naturale esse:
& similiter desiderare
in desiderante, & in-
telligere in intelli-
gente. Et ex terminis
patet, quia operans,
in quantum operans
secundum naturale esse
operatur, sicut
& est. Sub hac autē
propositione sublimē-
dum est, quod diuina
substantia non pot
esse actus secundum
esse naturale alicui
creaturę, ut patet;
igitur nō potest diui-
nū intelligere eē in-
telligere, quo forma-
liter intelligat crea-
tura. Dico autē natu-
rale esse, ad differen-
tiam actus scđm eē
intelligibilem obie-
ctum intellectus est
perfectio & actus in
intellectu, secundū es-
se intelligibile; nihil
enim prohibet, sub-
stantiam aliqua, quę
est actus, non solum
in genere entis, sed
in ordine intelligibi-
li esse perfectionem,
ac per hoc actum al-
terius secundum eē
intelligibile. Hoc si-
quidem mō ponunt
Theologi diuinā es-
sentiam esse, ut spēm
intelligibilem intel-
lectus, creati beati,
& similiter Philoso-
phi ponentes inferiorem intelligentiam intelligere per superio-
rem. Et hac uia processit Auctor in litera afferens pro rōne alit-
tatem naturę: quia enim operatio est actus operantis in esse na-
ture, impossibile est, quod operatio, quę est substantia unius, conue-
niat alię nature, nisi substantia illa in esse nature iungatur alię
nature nature, quod in proposito esse impossibile clare liquet. Et per
hęc patet responsio ad primam objectionem in primo dubio.
Nā patet iā non esse idē aut par iudicium de specie intelligibili
& actu intelligendi, quia illa pot esse alterius actus in genere in-
telligibili, illa non nisi in genere nature. Nec rō allata de actu &
habitu obstat, quia licet spēs intelligibiles secundum communē
uā sint forme habituales quod tamē Auticena negauit diuinā
tamen substantia nō supplet uicē spēs intelligibilis, quatenus est
forma habitualis, quia habitus claudit in se imperfectionē potē-
tię, quā in sua ratione admittam habet, sed quatenus est forma
actualis tantum, & hoc in esse intelligibili tantum, ut dictam est.

¶ Ad auctoritatem primam Aug. dicitur, quod non intendit Aug.
eandem numero uisionem esse beatam Deum & nos, sed eandē
obiectiue & modaliter, quia idem obiectum & idem modus est
utriusque, dum Deus per seipsum a se, & nobis uidetur.

¶ pro qualibet cognitione intelle-
ctus humani. Nihil autē naturalū
Christo desuit, quia totam huma-
nam naturam suscepit, ut supra
dictum est. * Et ideo in sexta Sy-
nodo damnata est positio negan-
tium in Christo esse duas scien-
tias, uel duas sapientias.

AD PRIMVM ergo dicen-
dum, quod Christus cognouit
omnia per scientiam diuinam
operatione increata, quę est
ipsa Dei essentia: Dei. n. intelligere
est sua substantia, ut probat Philo-
sophus 12. Mera. Vnde hic actus
non potuit esse anime humanę
Christi, cum sit alterius naturę.
Si igitur non fuisset in aīa Chri-
sti aliqua alia sciētia pręter diui-
nā, nihil cognouisset, & ita fuisset
frustra assumpta, cū omnis res sit
propter suam operationem.

q. 2. ar. 2.

In li. de in-
car. do. c. 7. a
me. to. 2.

q. 5.

lib. 3. de aīa
se. 19. to. 2.

li. 10. m.

q. 2. ar.

inf. ar.

Et op.

22.

¶ Ad

Ad secundam dicitur, quod non inconuenit aliquam operatio- nem creatam esse summum bonum, no simpliciter, sed inter crea- ta, & similiter esse ultimum finem. Idem & in idem redit, dum dicitur summum bonum inter concupiscibilia simpliciter, & ultimus finis ut concupiscibilis simpliciter.

Ad tertiū autem dubii obiecta respō- deatur, quod processū literæ est efficax ad probandum, quod intelligere diuinum non potest esse actus anime Christi, ex eo quod est alterius nature, & cum dicitur, quod alietas nature comparatur habere actum alienum per communione, respōdetur, quod licet hoc in communi uerum sit (quia in quibusdam potest natura ipsa alteri nature commu- nicari, ut forma com- municatur materię, & ignis ferro) in tali tamen natura, quæ est incommunicabilis alteri nature in esse nature fallum est, quia alietas nature excludit alienum actum a se, non solū ut naturalem, sed ut communicatōem sibi ita quod sit actus eius, et quia diuina natura est incommu- nicabilis secundum esse nature cuiusque nature, ideo efficaciter loquens, explicite de ipsa Au- ctor concludit, quod non potest ipse in- telligere esse actus anime humane Christi.

Quod autem obicitur, quasi a simili, de personalitate diuina communicata nature humane, faci- le soluitur ex eo, quod personalitas non communicatur ut actus create nature, Auctoris autem ratio de actu loquitur, dum ex eo quod intel- ligere Dei est actus, qui natura est diuina, infert, quod non potest esse actus anime, quia est alterius nature. Non est ergo similis ratio de communione personalitatis, ut personalitas, & actu intelligendi, ut actus intelligendi: quia personalitas diuina potest fieri personalitas humane nature, sine hoc quod sit actus eius: actus autem intelligendi diuinus non potest fieri actus intel- ligendi humane anime, nisi fiat actus anime humane, quod est impossibile. Rationabiliter igitur conclusio literæ asse- ritur.

Philosophi autem ponentes inferiores intelligentias intelligere per substantias superiorum intelligentiarum, non aduertantur doctrinæ huic, quoniam ex hoc non habetur, quod ponant intel- ligere superioris communicari inferiori idem numero, sed solū quod substantia superioris se habet respectu inferioris, ut forma seu species intelligibilis, ut nos dicimus de essentia diuina respec- tu beatorum. Vnde nihil obstat eorum dicta, siue uera, siue falsa sint in se.

In responsione ad tertiū eisdem articuli aduerte, quod Auctor ad rem spectans, monstrat non dari scientiam unionis, ut distingui- tur contra unita, hoc est, non dari ex parte unionis aliquam sci- entiam, sed solum ex parte naturarum unitarum; diuinæ scilicet & humane. Et loquitur de his subiectiue, illi autem, qui allegantur in argumento posuerunt scientiam unionis obiectiue, & ideo non curant de illis Auctor.

Appellatur autem scientia unionis, vel unitorum subiectiue, quod consequitur ad unitas naturas (ut diuina ad diuinam, & huma- na ad humanam) & que consequeretur ad ipsam unionem na- turarum, quam Auctor monstrat non dari.

Scientia autem unionis vel unitorum obiectiue uocatur, quæ de unionem uel unitis est, ut obiecto. Et talis scientia unionis datur in Christo, quæ scitur a Christo unionis, ut illi dicebant, sed non nisi scientia diuina, uel humana, ut Auctor in litera explanat.

Super questionis nona articulum se- cundum. Titulus clarus est. In corpore articuli una est conclusio. In Christo est scientia beata consistens in uisione Dei excellentissime. Conclusio ista habet duas partes. Prima est, quod in Christo est scientia beata: secunda, quod excellentissime. Probatur in litera, primo prima pars. Omne quod est in potentia reducitur in actum per aliquod ens actu: homo est in potentia ad scientiam beatam in Deo uisione consistentem, & reducitur in actum istum per Christi humanitatem, ergo in Christo est scientia beata. Maior probatur in calido. Minor quo ad primam partem probatur, quia homo est capax illius beatitudinis, quia est ad imaginem Dei, & ad illam ordinatur, ut ad finem. Quo ad secundam uero, auctoritate Apostoli. Decebat eum & Deum in calce corporis articuli probatur secunda pars conclusionis. scilicet quod excellentissime, quia semper causam oportet esse perfectiorem causato.

Aduerte nouit, quod quia propositiones evidentes ac usitate, tamquam statim perceptæ tricare quadoque dicuntur Auctor Maiorem sic atulit, non curans limitare eam, ut debet intelligi. si reducitur ad actum neque, non omne quod est in potentia, reducitur ad actum (quum multa sint in potentia que nunquam erunt) sed omne quod est in potentia, si reducitur ad actum oportet quod reducat ad actum per aliquod ens actu: hoc non intendit litera, & hoc solum est ad propositum. Et propterea in Minore ponuntur tot conditiones. quod homo est in potentia, & quod ordinatur ad illam ut finem, ex hoc non ostendit necessitate, quod potentia est reducenda ad actum, licet non in singulis hominibus: quia impossibile est, quod potentia ad finem sit frustra in tota uniuersali specie.

Circa hunc literæ processum, dubium occurrit, quia propositio illa fundametalis. Reducens aliquid de potentia in actum, est in actum, quauis sit uerissima in causis principalibus, non tamen est uera in causis instru- mentalibus, ut ex Alex. patet 12. Meta. & ad sensum patet, instrumenta non esse talia in actu, qualia sunt ab ipsis, ut semina in naturalibus, & organa artificum restantur. Humanitas autem Christi non est efficiens principale, sed instrumentale respectu nostre beatitudinis, non igitur sequitur ex sua efficientia, quod sit actu beata, quauis de facto beata sit, non est ergo efficax processus literæ.

Ad hoc dicitur, quod instrumentum est duplex, quod iam pure instrumentum, ut organa artium & semina, & huiusmodi: Tercia S. Thomæ, G 3 quoddam

ARTICULVS II.

Utrum Christus habuerit scientiam, quam habent Beati, uel comprehensores.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod in Christo non fuerit scientia beatorum uel

etiam secundum quod homo, secundum illud Ioan. 8. Scio eum, & sermonem eius seruo. ergo in Christo fuit scientia beatorum.

SED CONTRA, Scientia beatorum in Dei cognitione consistit: sed ipse plene cognouit Deum, etiam secundum quod homo, secundum illud Ioan. 8. Scio eum, & sermonem eius seruo. ergo in Christo fuit scientia beatorum. articuli probatur secunda pars conclusionis. scilicet quod excellentissime, quia semper causam oportet esse perfectiorem causato. Aduerte nouit, quod quia propositiones evidentes ac usitate, tamquam statim perceptæ tricare quadoque dicuntur Auctor Maiorem sic atulit, non curans limitare eam, ut debet intelligi. si reducitur ad actum neque, non omne quod est in potentia, reducitur ad actum (quum multa sint in potentia que nunquam erunt) sed omne quod est in potentia, si reducitur ad actum oportet quod reducat ad actum per aliquod ens actu: hoc non intendit litera, & hoc solum est ad propositum. Et propterea in Minore ponuntur tot conditiones. quod homo est in potentia, & quod ordinatur ad illam ut finem, ex hoc non ostendit necessitate, quod potentia est reducenda ad actum, licet non in singulis hominibus: quia impossibile est, quod potentia ad finem sit frustra in tota uniuersali specie. Circa hunc literæ processum, dubium occurrit, quia propositio illa fundametalis. Reducens aliquid de potentia in actum, est in actum, quauis sit uerissima in causis principalibus, non tamen est uera in causis instru- mentalibus, ut ex Alex. patet 12. Meta. & ad sensum patet, instrumenta non esse talia in actu, qualia sunt ab ipsis, ut semina in naturalibus, & organa artificum restantur. Humanitas autem Christi non est efficiens principale, sed instrumentale respectu nostre beatitudinis, non igitur sequitur ex sua efficientia, quod sit actu beata, quauis de facto beata sit, non est ergo efficax processus literæ. Ad hoc dicitur, quod instrumentum est duplex, quod iam pure instrumentum, ut organa artium & semina, & huiusmodi: Tercia S. Thomæ, G 3 quoddam

Li. d. lo. m. 100.

q. 2. art. 1. in arg. & respō.

Li. d. m. 100.

inf. art. 1. car. Et op. 1. g. 22.